Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



conuallium omnes trepidi · unusquisq;
in iniquitate sua · Lex: columbas con
uallium · siue ut theodotio transtu
lit · meditantes omnino tacuerunt ·
hocq; quod nos interpretari sumus · omnis
trepidi · unusquisq; in iniquitate sua
theodocio ita transtulit omnis mustian
tes undique in iniquitate sua · ut sub
metafora columbarum meditantium
significet · unumquemq; de ppl̄o suum
flere peccatum · et intelligere atq; senti
re cur ista patiat · Tres autem partes
alioq; qui in urbe pestilentia et fa
me moriant · alioq; quos gladius
foris interficiat · et eos qui captiuitate
fuga euaserint · supra legum · quoq;
qui salui fuerit · transibit ad montes
et instar mustiantium columbarum sua
trepidus peccata deflebit · Tropolo
gyce · sic intelligendum · quod qui in
agro est · et campo extra fines dnice
ciuitatis que interpretat ecclia adu
sarium mucrone feriat · qui autem inci
uitate negligenter egerit · nec p̄ pauper
tibi cibos · de quib; in puerbijs
scriptum est qui operatur terram suam · reple
bitur panib; · iste fame morietur et pestilen
tia · Pauci autem qui et hereticorum gladium
et desidie fuge famem mortemq; uitauerint ·
non saluabuntur · nisi in montib; et as-
sumpserint alas columbe · et auola
uerint · et requieuerint · que columbe
quadiu in conuallib; s̄ trepidant · et
ad singula formidant · quarum p̄ cepi
mur imitari innocentiam et de quib;
in psalmo scriptum est · si dormieritis
inter medios cleros · penne columbe
de argentate · et posteriora dorsi eius
in pallore auri · in cui spe in desen
dit spe ses · et mansit sup dnm sal-
uatorem · Pulchreq; uicta theodoci
onem uocabimus columbam medi
tantem eum qui in lege dni die
ac nocte meditat · et de quo scrip
tum est os iusti meditabitur sapiam ·
Omnes manus dissoluentur · et
omnia genua fluent aquis · et ac
cingent se cilicius · et operiet eos for-
mido · Genib; aquas fluentib; ·
Lex · transtulerunt · femora polluent
humore · Cum autem omnes trepida
uerint · et ad montana confuge-
rint · manus omnium dissoluentur · et
nullus contra hostes poterit resistere ·
pauoresq; magnitudine urina pol-
luet genua · nec ualebit pfluentes
aquas uesica continere · accingent
se cilicius · et tremor omnia posside-
bit · Hoc in ullo ppl̄o factum sit · non
solum sub babyloniis · sed et sub ro-
manis · quem puenit in eos usq; in fi-
nem ira dei · certum · in ima iudea ·
in qua est dni confessio · quem multi
plicate fuerint iniquitates · et re
frigerit multorum caritas · omnis bo-
norum opum manus dissoluentur · et
cunota genua siue femora fluent
aquis eorum qui illicitos querunt
concubitus · et quos in lege sodomitis
fluxum seminis sustinentes et in-
mundos scriptura commemorat · Illum
qui tales s̄ · debent se accingere
cilicius penitencie · et uenturum iu
dicium formidare · Quod qui fecerit
merebitur et ysaia audire dicente ·
Confortamini manus dissolute · et ge
nua debilia roboramini ·
In omni facie confusio · et in uniuer-